

Rome, 16 mai 1601.

*Marinus
Gaimani*/ Ser^{me} Princeps.

Marcus Venerius ad Pontificem Maximum à Serenitate vestra legatus, posteaquam eundem Pontificem publico nomine salutavit, et cum sacro Cardinalium collegio agere coepit, literas Serenitatis Vestrae plenas humanitatis, et officii mihi reddidit. Ego vero, et coram exposui quam vehementer exoptem inter studiosissimos inclitae istius Reipublicae numerari: et his literis testatum esse cupio, nihil mihi gratius accidere posse, quam ut re ipsa, si unquam se opportunitas obtulerit, studium meum Serenitati vestrae probem.

10 Deus Optimus Maximus gloriosam Remp. vestram cum Apostolica Sede verae charitatis, mutuorumque officiorum nexu conjunctam, perpetuo tueatur ac servet. Romae die 16. Maii 1601.

Ser^{tis} v^{rae}

Servitor

15

Robertus Card. Bellarminus.

Ser^{us} Dux Venetiarum.Ext. : Ser^{mo} Venetiarum Duci D^{no} meo observ^{mo}.

Venise. Archiv. di Stato. Collegio. Lettere Cardinali. 1600-1604.

1 Signat. autogr. - F. B. 9, minute sans date - Fuligatti, Epp. fami-
20 mliares, XIX; avec la date erronée du 20 janv. 1602.